

provenire potest, ad usum prebendarum suarum iure perpetuo sine alicuius contradictionis molestia possideant. Si quis autem, quod absit, huius nostrę donationis ędictum ausu temerario infringere temptaverit, centum libras auri purissimi componat, quarum partem dimidiam camerę nostrę, reliquam vero predictę ęcclesię et fratribus persolvat. Et ut hęc omni stabilitate in posterum rata permaneant, hanc inde cartam 5 scribi et sigilli nostri impressione insigniri^{b)} iussimus manuque propria corroborantes, qui presentes aderant, testes subnotari fecimus. Quorum nomina sunt hęc: Haertwicus Bremensis archiepiscopus, Öthelricus Haluerstatensis episcopus, Sigefridus Wirzeburgensis episcopus, Wibaldus Corbeiensis abbas, comes Herimannus de Wincenburch, Lüdewicus provincialis comes Thuringię, comes Poppo de Hennimberch et 10 frater eius comes Bertolfus, Marquardus de Gruenbach, comes Godefridus qui et advocatus Fuldelsis^{c)} et frater eius Poppo comes, Sibodo de Scartvelde et filius eius Sibodo, Tibertus de Spileberch, Reimbodo de Rockinge, Widekinus^{c)} advocatus Goslariensis, Wolframus^{d)} de Wertheim, Gyso de Hittenburch, Adelbertus de Dasberch, Meinhardus de Muleburch, Wortwinus de Staden, comes Arnęsto de Hoenburch, 15 Heinricus castellanus de Altenburch, Godefridus de Livden^{d)}.

✘ Signum domini Cůnradi Romanorum secundi regis invictissimi. ✘ (M.) (S.sp.)²⁾

✘ Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi. ✘ (SI.)³⁾

Anno dominicę incarnationis MCL, regnante Cůnrado Romanorum rege II, anno 20 vero regni eius XIII, indictione XIII, data Fulde; in Christo feliciter amen.

229.

Konrad berichtet der griechischen Kaiserin Irene, um seine bisherige Untätigkeit in Italien hinsichtlich der mit dem griechischen Kaiser (Manuel) getroffenen Abmachungen zu begründen, über die Auseinandersetzung mit (Graf) Welf, 25 den sein Sohn (Heinrich) nun bei Flochberg besiegt hat, und über seine lange Krankheit, unterrichtet sie über einen bevorstehenden Angriff der mit Sizilien verbündeten Franzosen auf ihr Reich und versichert sie seiner Bündnistreue, die durch eine Heirat seines Thronerbens mit einer Nichte des Kaisers, wobei die Auswahl derselben der Kaiserin überlassen bleibt, bekräftigt werden soll; die 30 entsprechenden Verhandlungen werde sein dazu bevollmächtigter Abgesandter, Graf Alexander von Gravina, führen.

(1150 April 16/20, Würzburg.)

Abschrift aus der Mitte des 12. Jh. in Wibalds Briefbuch f. 81 im Staatsarchiv zu Lüttich (B). 35

Martène-Durand, Coll. 2, 376 n° 188 aus B zu 1150 = Mascovius, Commentarii 260 n. 8, 261 n. 3, 263 n. 1—2 und 272 n. 6 unvollst. = Recueil des hist. des Gaules ed. I 15, 535 n° 4 = Watterich, Vitae pontif. 2, 308 unvollst. = Recueil des hist.

228. b) letztes i verb. aus e c) A d) Wolframus — Livden von gleicher Hand nachgetragen.

2) Monogramm und Beizeichen abgebildet bei Heineccius a. a. O. und ungenau mit dem gleichen 40 Druckstock wie bei D. 118 von Leuckfeld a. a. O.

3) Nachzeichnung des wohl erhaltenen dunkelbraunen Wachssiegels bei Heineccius, De sigillis Tafel 8 n° 2.

des Gaules ed. II 15, 535 n° 4 = Migne, Patrol. 189, 1284 n° 188. — Jaffé, Mon. Corb. 363 n° 243 aus B zu 1150 April = Döberl, Mon. Germ. selecta 4, 53 n° 21 = Bühler, Hohenstaufen 114 (a) in unvollst. deutscher Übersetzung.

5 *Das Konzept zu diesem politisch wichtigen Schreiben geht zum größten Teil auf Wibald von Stablo zurück, die endgültige Fassung scheint jedoch erst nach eingehenden Beratungen mit anderen Persönlichkeiten am Hofe des Königs festgelegt worden zu sein; vgl. dazu Zatschek in Mitt. d. österr. Inst. f. GF. 10. Ergbd., 389. — Die Datierung ergibt sich aus dem im Brief genannten Osterfest des Jahres 1150 (April 16) und der Abreise Wibalds vom königlichen Hof am 20. April, die Wibald*
 10 *in einem Brief an den Papst erwähnt (Jaffé a. a. O. 374 n° 251), der Ausstellungs-ort dagegen aus einer Bemerkung Wibalds in einem Brief an den Kardinaldiakon Guido (Jaffé a. a. O. 378 in n° 252). — Zur Allianz Frankreich-Sizilien gegen Byzanz und über die Bestrebungen, König Konrad zu neutralisieren, vgl. Bernhardt, Konrad 811 ff., und Hausmann, Reichskanzlei 215 f., vor allem aber Rassow, Honor imperii 32 ff.*
 15

C(onradus) dei gratia Romanorum imperator augustus precordialiter dilectę filię suę E(irene) a deo coronatę et exaltatę Grecorum imperatrici paternam dilectionem et certum ac fidele^{a)} in omni oportunitate auxilium. Prius quidem preclaram nobilitatem tuam tam ex vinculo cognationis quam ex affectu adoptionis plurimum
 20 diligebamus, sed tua fides, tua pietas, tua devotio, tua liberalitas, quam nobis officiose exhibuisti, tunc scilicet, quando manus domini et infirmitate corporali et rerum incommodis nos afflixerat et humiliaverat, tantum ardorem sanctę caritatis in nostra mente circa te adauxerunt, ut eam nulla difficultas, nullum periculum, nulla rerum varietas possit extinguere. Ita igitur in animum nostrum induximus, ita in corde
 25 nostro omni ambiguitate remota firmavimus, ut, etiamsi nulla federis, nulla artioris amicicię religio inter nos et gloriosum et predilectissimum^{b)} fratrem nostrum, tuum utique maritum, magnificum et excelsum Grecorum imperatorem aliquando intercessisset, parati tamen et intenti essemus sua omnia tanquam nostra^{c)} diligere, suis inimicis tanquam nostris resistere. Porro in conventionem pacti, quę inter nos et ipsum
 30 omni cum benivolentia firmata est, condicio necessaria interposita fuit: quod scilicet ea, quę prenominata et prescripta fuerant, utrique completemus, nisi alter vel uterque nostrum morte seu gravi infirmitate vel amittendi imperii periculo id perficere prohiberetur, atque transacta illa tam gravi et tam non negligenda necessitate ad observandi et implendi studium denuo accingeremur. Nunc ergo tibi tanquam karissimę
 35 filię nostrę et imperii nostri cognatę causas familiariter et breviter aperiemus, pro quibus in Longobardia post exitum nostrum a vobis manere et promissa implere nequivimus, pro quibus ad partes Alamannie modis omnibus nos properare, ordo quidem rerum et imperii nostri clamor ad nos usque perlatus non absque gravioris consilii ratione persuasit. Siquidem, ut tua sapientia perfecte novit, dominus ille Welfo,
 40 [qui]^{d)} vir magnę nobilitatis et potentię in regno nostro habetur, neque fide, qua eum in extrema necessitate adiuvimus, neque beneficiis, quibus eum commode auximus, aliqua ratione commonitus per Sicylie tyrannum a Hierosolimis reditum habuit et accepta non parva ipsius infami pecunia per sacramenta et per obsides ei firmavit,

229. a) zweites e verb. aus i, danach ter radiert
 der Zeile nachgetragen

b) zweiter Schaft des u auf Rasur

c) über

d) fehlt B

quod nos et nostros et nostrum imperium perturbare et infestare modis omnibus laboraret. Quod, postquam ad propria rediit, adiunctis sibi quibusdam perfidis non parvi aput nos momenti et^{e)} nominis instanter facere cepit filios nostros, tuos utique nepotes amantissimos et bonę spei plenos, invadendo et in terra ipsorum, quę illis patrimonii iure competit, inimica quedam castella edificando. Hoc igitur tam atrocis rei nuncio 5 accepto cum fama, ut in talibus fieri solet, omnia in deterius multiplicaret, prevenire cuncta et comprimere maturavimus atque ad partes Alamannię subito et improvise adventu accessimus. Dum itaque in componendis et pacandis omnibus diligentiam adhibemus, tanta nos infirmitas corporalis in fine augusti mensis invasit, ut usque ad pascha domini¹⁾ gravioribus negociis vix utiles esse possemus. Intra quod temporis 10 spacium, cum essemus in civitate Spira ad iusticias regni faciendas et ad exercenda publica iudicia, prenominatus Welpho cum dulcissimo [filio]^{d)} nostro, tuo nepote, bonę indolis iam adolescentulo ad Romani imperii fastigium deo auctore per nos et principes nostros coronato, prope castellum nostrum Flochperhc acie conserta dimicavit, ubi nos divina protegente misericordia suorum multis tam cede quam captione 15 amissis noctis beneficio adiutus vix evasit. Quo munere celestis misericordię accepto, dum contra communis hostis nostri Siculi videlicet tyranni temerariam insolentiam nos expedire et accingere studemus, nunciatur nobis, quod omnis Francorum populus cum ipso rege suo contra imperium precellentissimi germani nostri, tui scilicet gloriosissimi sponsi, conspiraret et arma movere auctore et incentore Sicilye tyranno cum 20 omni virtutis suę conatu disponderet. Quam rem non facile spernendam vel omittendam ratum duximus, sed finem rerum expectare et aut tumultum reprimere aut nos et imperium nostrum pro fratre nostro et rebus ipsius opponere decrevimus. Excusatos nos sufficienter credimus veritatis existente constantia tam de incursatis regni nostri finibus quam de invalidudine corporali et plane de divino adiutorio confidimus, quod 25 in brevi promissa nostra fideliter complebimus, non solum quia spondimus, verum etiam quia nos de invasore imperii nostri vindicare summopere^{f)} desideramus. Et ut precelsus vir tuus maiorem de nobis amicicie certitudinem et adimplendi conventiones habeat, firmiorem inter nos affinitatem, sicuti cum presentes essemus, inter nos tractatum et infirmatum fuit, ad presens fieri disponimus ita videlicet, ut gloriosus filius noster, 30 qui imperii nostri successor et heres est designatus et coronatus, neptem unam mariti tui, sublimis Grecorum imperatoris, uxorem presenti tempore ducat de duabus scilicet alteram. Quę electio in tui pectoris sapientia constabit, ut illa nobis transmittatur, que moribus et forma noscetur a te, que eas educasti, precellere, sicut honor utriusque imperii et predulcissimi nepotis tui celsitudo opus habere in tali re cognoscitur. Cetera vero, 35 que ad eundem contractum rite peragendum pertinere videntur, posuimus in ore comitis Alexandri de Graulina, qui utrique imperio perpetua fidelitate servire manifeste consuevit et verbi huius mediator et tractator ex precepto utrorumque, cum apud vos essemus. Quem, in rebus imperii^{g)} vestri fideliter ut semper solet laborantem, a Uenecia fecimus ad nos vocari, quatinus per eius industriam secretum hoc, sicut in 40 ceteris consuevimus, ad egregium valeat finem perduci. De cuius celeri reversione benignam intelligentiam tuam studiose admonemus, quia, cum sublimis nepos tuus iam adultus sit, oportet, ut tam personę ipsius quam imperio nostro in contrahendo matrimonio sine mora provideamus. Scire possunt inimici nostri, qui disseminando mendacia turbare nos et disiungere moliuntur, quod amicicie nostrę nexus indissolubilis perseveret. 45

229. e) et et B f) sumopere B g) inperii B.

1) 16. April (1150).